nensem profectus: ibi uita functus est. Ex altero autem uiro censorii filio longe natu minore: quem Salonianum esse appellatū dixi duo nati sunt. L. Cato & M. Cato. Is M. Cato tri. ple. fuit: & praturā petens mortem obiit exq; eo natus est. m. Cato pratorius: qui se bello ciuili uicā interemit de cuius uita laudibusq; quum. m. Tullius scriberet: pro nepotem eum Catonis censorii dixit fuisse. Videtis igitur hanc partem familiae quae ex minore Catonis filio progenita est: non solum generis ipsius tramitibus sed temporum quoq; spacio differre. Nam quia ille Salonianus: in extrema partis aetate: sicuti dixi natus fuit: prognati quoq; ab eo aliquanto posteriores fuerūt: q̄ qui a maiore fratre eius geniti erant. Hanc quoq; temporum differentiam facile animaduertis ex hac ipsa oratione: quum eam legeris. Hæc Sulpitius Apollinaris: nobis audientibus dixit: quæ postea ita esse uti dixerat cognouimus quum & laudationes funebres & librum commentarium de familia portia legeremus.

Quod a scriptoribus elegantissimis maior ratio habita sit sonitus uocum: atq; uerborum iucundioris: quæ a græcis εὐφωνία: id est uocalitas: cōsonantiaq; dicitur: q̄ regula disciplina: quæ a grammaticis reperta est. Cap. xix.

Interrogatus est Probus Valerius: q; ex familiari ei? quodā cōperi: hæne uerbis: an has urbes: & hæc turrem: an hæc turrim dici oporteret. Si aut uersum iquit pāgis: aut orationē solutā struis: atq; ea uerba uti dicēda sunt: nō finitio nes illas prarancidas: neq; fetundinas grammaticas spectaueris: sed aurem tuā interroga quo quid loco cōueniat dicere: quod illa suaserit: id pfecto erit rectissimū. Tum is q̄ quæsierat quonāmodo iquit uis aurē meam interrogem? Et Probū ait respondisse quo suā Virgilius pcontatus est: qui diuersis in locis: urbes: & urbis dixit: arbitrio cōsilioq; usus auris. Nam in primo georgicorum: quem ego inquit librum manu ipsius collectum legi urbis per i litteram scripsit. Verba e uersibus eius hæc sunt.

Tuq; adeo: quem mox: quæ sint habitura deorum.

Concilia incertum est: urbis ne inuisere caesar.

Terrarūq; uelis curā. Verte. n. & muta ut urbes dicas. Ispidius nescio quid facies: & pinguius. Cōtra in tertio aeneidis. Vrbes dixit per e litterā. Cētum urbes habitant magnas. Hic itē muta: ut urbis dicas: nimis exilis uox erit & exanguis. Tāta qppe iuctura differentia est in cōsonantia uocū proximarū. Præterea idē Virgilius turrim dixit nō turrē: & securim nō securem. Turrim i præcipiti stātem. Et incertā excussit ceruice securim: quæ sunt (opinor) iucūditas gracillitatis: q̄ si suo utrūq; loco per lram dicas. At ille q̄ interrogauerat rudis pfecto: & aure agresti homo. Cur inqt aliud alio in loco doctius rectiusq; eē dicas: nō sane itelligo? Tū Probus iam cōmotior. Noli inquit igit laborare: utriq; istorū debeas dicere: urbis an urbes. Nā quum id genus sis qd uideo: ut sine iactura tui pecces: nihil pdes utrū dixeris. His tū uerbis Probus: & hac fini hominē dimisit: ut mos eius fuit erga idociles ppe inclemēter. Nos aut aliud quoq; postea cōsimiliter a Virgilio duplici modo scriptū inuenimus: Nā tres & tris posuit eodē loco: ea iudicii subtilitate: ut si aliter dixeris mutauerisq; & aliqd tamē auris habeas sentias suauitatē sonitus diuidere. Versus ex decimo hi sunt. Tres quoq; threicos boreæ de gēte suprema. Et tris quos idas pater & priā his marea mittit, tres hic, tris illic. utrumq; pēsculate modulātēq; repies: suo qcq; in loco sonare apūssime. Sed in illo quoq; idē Virgilio uersu. Hæc finis Priami fatorū simul ut & hic finis dicas; dug; atq; absonū

pro  
tull  
m. T

Cap. xix.

egallā

Vrbis

istina

Turti  
Securi

Tres

erit. Respuerq; aures: qđ mutaueris: sicut illud cōtra eiūsdē Virgīlii insuauius facias: si mutes. Quē das finē rex magne laboris: Nā si ita dicas quam das finē: iniucundum nescio quo pacto: & laxiorē uocis sonum feceris. Ennius itē rectos cupressos dixit cōtra receptum uocabuli genus: hoc uersu. Capitibus mutantis pinos rectosque cupressos. Firmior ei credo: & uiridior sonus esse uocis uisus est rectos dicere cupressos: q̄ rectas. Contra uero idē Ennius in annali duodeuicesimo: aere fulua dicit: non fuluo. Nō ob id solum: quod Homerus ἀεραβαθειαν. i. aerem hoc est caliginem: & nebulam profundam dicit. Sed q; hic sonus (opinor) uocabulior est uisus: & amœnior. Sicuti etiā M. Ciceroni mollius teretiūsq; uisum est in q̄nta i Verrem fretu scribere q̄ freto. Perā gusto inqt fretu diuisa. Erat enī crassius: uastiusq; pangusto freto dicere. Itidē in secūda simili usus modulamine: manifesto peccatu inqt: nō peccato: hoc enim scriptum i uno: atq; in altero antiq̄ssime fidei libro tyroniano reppi. Verba sunt Ciceronis hæc. Nemo ita uiuebat: ut nullas eius uitæ pars summæ turpidinis esset expers: nemo ita in manifesto peccatu tenebatur: ut cū ipudēs fuisset i facto: tū ipudētior uideret si negaret. Huius aut uocis cū elegātior hoc in loco sonus: tū ratio certa: & pbata ē: hic enim peccatus: quasi peccatio: recte latineq; dicitur. Sicut hic incestus: non qui admisit sed quod admissum est: & hic tributus: quod tributū nos dicimus: a plerisq; ueterū dīcta sunt: hic quoq; allegatus: & hic arbitratus: pro allegatione: proq; arbitratione dicuntur. Quare rōne seruata: arbitrato & allegatu meo dicimus. Sic igitur i manifesto peccatu dixit: ut in manifesto incestu ueteres dixerunt. Non quīn latinū esset: peccato dicere sed quia in loco isto positum subtilius ad aurem: molliūsq; est. Lucretios æque aurib; inseruiens: funem fœminino genere appellauit: in hisce uersibus.

Nunc ut opinor enim mortalia sæcla: superne

Aurea de cælo demisit funis in arua

Quū dicere usitatius: manēte numero posset. Aureus e cælo demisit funis in arua: Sacerdotes etiā fœminas. M. Cicero antistitas dicit: nō secūdū grāmaticā legem antistites. Nam quum insolentias uerbor; a ueteribus dictor; plerunq; respueret: hui; tamen uerbi in ea parte sonitu delectatus. Sacerdotes inquit Cereris atq; illius fanī antistitæ usq; adeo in quibusdam: neq; rationem uerbi: neq; cōsuetudinē sed solam autem secuti sunt: suis uerba modulis pensitantem. Quod qui non sentiunt: inquit idem ipse M. Cicero quum de numerosa & apra orōne differeret: quas auris habeant: aut quid i iis hoīs simile sit nescio. Illud uero cum primis apud Homē; ueteres grāmatici adnotauerunt: q; quum dixisset quodam in loco: κολοιδῶσ τε ψίρασε. idest graculos siue nosq;. Alio in loco non ψήρωσ τε. idest sturnorum: sed ψάρων dixit. τῶν ἄδῶσ τε ψάρων νεφῶσ ἐρψεται νε κολίων. idest Horum ut de sturnis nubes graculisue. Secut; non communem sed propriam in quocunq; uocis situ iucunditatem. Nam si alterum in alterius loco ponas: utrunq; feceris sonitu insuaue.

Verba. T. Castritii rhetoris ad discipulos adolescentes de uestitu: atq; calciatu nō decoro. Cap. xx.

Castritius rhetoricæ disciplinæ doctor: q; habuit Romæ locum præcipue de clamādi: & docēdi sūma uir auctoritate: grauitateq; & a diuo Hadriano mores atq; litteras spectatus: quum me præsentē (usus sum enī eo magistro) discipulos quosdā suos senatores uidisset die teriato tūicis: & lacernis idutos: & gallicis calsiatos

calciatos. Equidē inquit maluiffem uos togatos eſſe. Pigitum eſt cinctos ſaltē eſſe penulatos. Sed ſi hic ueſter huiuſcemodi ueſtitus de multo iam uſu ignoſcibilis eſt ſoleatos tamen uos populi ro. ſenatores: per urbis uias ingredi nequaquā decorum eſt. Non hercle uobis minus: quā illi tū fuit: cui hoc. M. Tullii p. turpi crimine obiecit. Hęc me audiente Caſtritiuſ: & quædā alia ad eā rem conducētia romāe: & ſeuere dixit. Pletriq; autē ex iis qui audierāt: requirebāt: cur ſoleatos dixiſſet: qui gallicas: nō ſoleas haberēt? Sed Caſtritiuſ p. ſeſcite: atq; incorrupte locutus eſt. Oīa enim ferme id genus: quibus plantarū calces tantū in fine teguntur: cætera prope nuda: & teretibus habenis iūcta ſunt: ſoleas dixerūt. Nōnunquā uoce græca crepidulas. Gallicas autē uerbū eſſe opinor nouum: non diu ante ætatem. M. Ciceronis uſurpari cceptum. Itaq; ab eo ipſo poſitum eſt in ſecunda antonianarum. Cum gallicis inquit: & lacerna cucurriſti. Neq; in ea ſignificatione id apud quenquā alium ſcriptum lego: grauioris duntaxat auctoritatis ſcriptorē: ſed (ut dixi) crepidas: & crepidulas: prima ſyllaba correpta id genus calciamentum appellauerunt: quod græci κρηπίδας. id eſt crepidulas. Eiuſque Calciamenti ſutores crepidarios dixerunt. Semproniuſ Aſellio in libro rerum geſtarum quarto decimo. Crepidarium inquit cultellum rogauit a crepidario ſutore.

Cōcrepationes: quæ ritu romano fiunt diis: expoſitæ ſunt iſ libris ſacerdotū inter quos Marti nerienē tribuūt: & quid neriene: ſeu nerio nomen importet. Cap. xxi.

Omprecatiōes deorum immortalium: quæ ritu Romano diis fiunt: expoſitæ ſunt in libris ſacerdotū populi Ro. & in plerique antiquis oronibus. In iis ſcriptū eſt Laciā Saturni. Salaciā Neptuni. Horā Quirini. Iurites Quiritū. Maiam Vulcani. Nerienē Iunonis. Molas martis. Nerienē quoq; Martis. Ex quibus id quod poſtremum poſui: ſic pleroſque dicere audio: ut primā in eo ſyllabā p. ducāt quo græci modo dicūt Νηρηιάδα. id eſt nereiadā maris deas. Sed qui p. locuti ſunt: primā correpta dixerūt: tertiā p. duxerūt. Eſt. n. recte casus uocabuli: ſicut iſ libris uetere ſcriptū eſt. Nerio quæ. M. Varro iſ ſatyra mēippea: quæ iſcribit σκιαμαχία. i. umbratilis pugna uel κριόμαχία. i. arietū pugna: nō nerio: ſed neriones uocatiue dicit: in hiſ uerſibus. Theanna: & peranna: pranda: celato: pales. Nerienes: minerua: fortuna: ac ceres.

Ex quo noīandi quodque caſum eundē fieri neceſſum eſt. Sed nerio a ueteribus ſic declinatur quaſi anio. Nā pinde ut anienē: ſic nerienē dixerūt tertiā ſyllaba p. ducta. Id autē ſi Nerio uenerio: ſiue nerienes eſt: ſabinū uerbū eſt. Eoq; ſignificatur uirtus: & fortitudo. itaq; ex Claudiis: quos a ſabinis oriūdos accepim⁹: qui erat egrgia: atq; præſtanti fortitudine. Nero appellatus eſt. Sed id ſabini a græcis accepiffe uidentur: quæ uincula: & firma mēta mēbroꝝ: Νεῦρα. i. neruos dicūt. Vnde nos quoq; latine neruos appellamus. Nerio igitur Martis uis: & potentia & maietas quædā eſſe martis demonstratur. Plaut⁹ autē in truculēto: cōiugē eſſe Nerienē martis dicit. Atq; id ſub p. ſona militis iſ hoc uerſu. Mars peregre adueniēs ſalutat nerienē uxore ſuam. Super ea re audiui non incelebrem hōiem dicere nimis comice Plautū imperito: & icōdito militi falſam nouāq; opinionē tribuiſſe: ut Nerienē cōiugem eſſe martis putaret. Sed id perite magis quā comice dictū itelliget: qui leget Gn. Geliū annalē tertium: in quo ſcriptū aſt. Herſiliam quum apud. T. Tauū uerba faceret: pacemq; oraret ita præcatam eſſe. Neria martis te obſecro pacem dare: ut liceat nuptis p. priis: & p. ſperis uti: quod de tui cōiugis cōſilio cōtingit:

Crepidulas  
Crepidulas

uti uos itidē itegras raperēt: unde liberos sibi & suis posteris patriæ pararēt. De tui in-  
 qt cōiugis cōsilio Martē scilicet significās: per quod apparet nō esse id poetica a Plau-  
 to dictū: sed eam quoq; traditionem fuisse: ut Nerio a quibusdā uxor esse Martis dice-  
 retur. Ibi autem animaduertendum est: quod Gelius neria dicit per a litteram: non ne-

**Licini<sup>9</sup>**  
**Imbrex** rio: neq; nerienes. Præter Plautum etiā. Præterq; Gelium. Licinius imbrex uetus co-  
 mœdiarum scriptor in fabula quæ Neræa inscripta est: ita scripsit.  
 Nolo ego nearam reuocent. sed nerienem.

**Nerio** Quū qdē Marti es in cōnubiū data. Ita autē senarii numerus huiusce uersus ē: ut ter-  
 tiā in eo noīe syllaba: cōtra quā supra dictū est corripienda sit. Cuius sonus q̄ta apud  
 ueteres idifferētia sit notius est: q̄ ut plura ī id uerba sumenda sint. Ennius at in primo  
 annali ī hoc uersu. Nerienē mauortis. Et hercle: nisi qd minime solet numex seruare  
 primā syllabā tetēdit tertiā corripuit. Ac ne id qdē prætermittendū puto: cuiusmodi ē  
 q̄ī cōmētario quodā Seruī Claudii scriptū inueni. Nerio dictum quasi neirio hoc est  
 sine ira & cū placiditate: ut eo nomīne mitem tranquillūq; fieri martē præcemur. Ne  
 enim particula ut apud græcos: ita plerunq; in latina quoq; lingua priuatiua est.

M. Catonis consularis & censorii pulcherrima exprobratio contra philosophātes  
 nomine & non re. Cap. xxii.

Cato cōsularis & cēsorius publicis iā priuatisq; opulentus rebus uillas suas ī  
 m. excultas: & rudēs: ne tectorio qdē prælitās fuisse dicit: ad annum usq; ætatis  
 suæ septuagesimū: atq; ibi postea his uerbis utitur. Neq; mihi iqt ædificatio  
 neq; uasum: neq; uestimētū ullū in manu preciosum. Neq; præciosus seruus: neq; an-  
 cilla. Siqd est inqt quo utar: uitor. Si nō ē: ego sum. Cuiq; p me uti: atq; frui licet. Tū  
 deide addit: uitio uertūt: qa multa egeo. At ego illis. qa nequeūt egere. Hæc mera ueri-  
 tas Thufculani hoīs: egere se multis rebus: & nihil tamē cupē dicentis: plus hercle p-  
 mouet ad exhortandā parsimoniā: sustinēdāq; inopiā: quā græcæ istorū præstigiā phi-  
 losophari sese dicētū: umbrasq; uerborū inanes fingentium. Qui se nihil hre & nihil  
 tamē egere: ac nihil cupere dicunt: quum & habēdo & egēdo & cupiendo ardeant.

Quæsitum tractatūq; qd sint manubiæ: atq; inibi dicta quædam de ratione uten-  
 di uerbis pluribus idem significantibus. Cap. xxiii.

In fastigiis fori traiani simulachra sunt sita circū undiq; inaurata equorū: atq;  
 i signorū militariū: subscriptūq; est ex manubiis: quærebat Phaurinus: quū ī  
 area fori ambularet: & amicū suū cōsulē oppiretur: causas p tribunali cogno-  
 scētē: nosq; tūc eū sectaremur. quærebat inquā. Quid nobis uideretur significari pro-  
 prie manubiæ illa inscriptio. Tū q̄spiā q cū eo erat: hō in studiis doctrinæ multi: atq;  
 celebrati noīs. Ex manubiis inqt significat ex præda: manubiæ enim dicuntur præda:

**Manu-**  
**biæ** quæ manu capta est. Etiā si inqt Phaurinus: opa mihi princeps: & ppe oīs in litteris:  
 disciplinisq; græcis sumpta est: nō usq; eo tamē infrequēs sum uocū latinæ: quas suc-  
 cisiuo atq; tumultuario studio colo ut hanc interpretationē ignorē uulgariā q̄ esse di-  
 catur manubiæ præda. Sed quæro an. M. Tullius uerborū homo diligentissimus ī orō-  
 ne quā dixit de lege agraria calēdis ianuarii contra Rullū inani & illepidā geminatio-  
 ne iunxerit manubiās & prædā si duo hæc uerba idē significāt neq; ulla re aliqua diffi-  
 dent. Atq; ut erat Phaurinus egregia qdā uel diuina memoria uerba ipsa. M. Tullii  
 statū dixit ea nos adscribimus hic prædā manubiās; sectionē; castra deniq; Cn. Pom-  
 peiū sedēte

*non in studiis doctrinæ  
 multis neque celebratis  
 uicinis*

peii sedēte impatore decēuiri uēdent. Et infra iudē duo hæc simul iuncti posita dixit: ex præda: ex manubiis: ex auro coronario. Ac deinde ad eū cōuertit: qui manubias esse p̄dam dixerat. Et uidetur ne tibi inquit utroq; in loco. M. Cicero duobus uerbis idem: si cuti tu putas: significātibus inepte & frigide esse usus. Ac tali ioco dignus: quali apud Aristophanē facetissimū comicorū Euripides Aeschylum insectatus est quum ait.

Δισ τ' αὐτον ἡμιρεϊπεν ο σοφοσ αισχυλοσ

ἡκω γαρεις: γιν φησι: και κατερφομαι

το κατερχομαι ἡκω δε τ' αὐτον εστι.

νητορ Δωσπερειτισ ειωδι γειτορι

χρησον συμετραν ει δε βουλει καρ Δωδω. i.

Bis idem nobis dixit sapiens aeschylus

Venio enī ad terrā iquit: & accedo postliminio.

Ast uenio idem est: quod accedo postliminio.

Ita per Iouem: atq; si quis uicino autumet.

Accōmoda tu mastrā: uel si libet arcā panariā. Nequaquā uero inqt̄ ille talia uidentur:

quale est μακτρα και αρ Δωδωσ. i. mastra & arca panaria: quæ a poetis uel oratori-

bus græcis: nostrisq; celebrāda & ornāda rei gratia: duobus eadē pluribusue nomini-

bus frequētantur. Quid igitur inquit Phauorinus: ualet hæc repetitio instauratioque

sapiētia

eiusdē rei: sub alio noīe in manubiis & in præda? Num ornat: ut aliquis solet oronem

Num eam modulatiōre aptioremq; reddit? Num onerandi uel exprobrandi criminis

causa: exaggeratiōem aliquā speciosam facit? Sicut in libro eiusdem. M. Tullii: q de

cōstituēdo accusatore est: una eadēq; res pluribus uerbis uehemēter: atq; atrociter dē

Sicilia tota: si una uoce loqueretur: hoc diceret. Q d auri: qd argēti: quod ornamento-

rum in meis urbibus sedibus: delubris fuit. Nā quū urbes totas semel dixisset: sedes:

delubraq; addidit: quæ sunt ipsa quoq; in urbibus. Itē in eodē libro simili modo. Sici-

liam inquit puinciā. C. Verres per triēniū depopulatus esse: siculorū ciuitates uastasse

domos exinanisse: fana spoliasse dē. Et quid uidet: quū Sicilia puinciā dixerit: atq; eti-

am insuper ciuitates addiderit domos etiā & fana: quæ infra posuit: cōprehēdisset uer-

ba hæc item multa: atq; uaria depopulatus esse: uastasse: exinanisse: spoliasse. Nonne

unā & eandē uim in sese habēt? Sane sed quia cū dignitate orōnis: & cū graui uerborū

cōpia dicunt: q̄q; fere sint: & ex una Inia coorianē: plura tamē esse existimant: quoniā

& aures & animū sapius feriūt: hoc ornatus genus in crimine uno uocibus multis at-

q; sæuis extruēdo: ille iā tūc. M. Cato antiquissimū in oratōibus suis celebrauit. Sici-

Tyro

ti in illa quæ inscripta est de decem hominibus: quum Thermum accusauit: q; decem

liberos hoies eodē tēpore interfecisset: hisce uerbis eandē rem oibus significātibus usus

est. Quæ quoniā sunt eloquētiæ latinæ tūc primū exoriētis lumina uerba qdē sub lu-

stria: libitū est eam mihi αωδμρημδρ ενειρ: id est cōmemorare. Tu uū nefariū facin⁹

peiore facinore operire postulas: succidas humanas facis: decē funera facis: decē capi-

ta libera interficis: decē hoibus uitā eripis indicta cā: iniudicatis: indēnatis. Itē. M. Ca

fulcra:

to in orationis principiō: quā dixit in senatu pro rhodiēsis: quū uellet res nimis pro-

speras dicere: tribus uocabulis idē sentiētibus dixit. Verba eius hæc sunt. Scio solere

hyades

plerisq; hoibus in rebus secūdis: atq; plixis: atq; prosperis animū excellere: atq; supbiā

atq; ferociā augetere. Itidē Cato, ex originū septimo in orōne quā cōtra Ser. Galbam

dixit: cōpluribus uocabulis sup eadē re usus est. Multa me dehortata sunt huc p̄dire:  
anni: ætas: uox uires: senectus: uer̄ enī uero quū tantā rem publicam agier arbitrarer:  
Sed ante omnis apud Hom̄er̄ eī uel dem rei atq; sententiæ luculenta exaggeratio est.

ΕΚΤΟΡΑ ΔΕΚΒΕΛΕΩ ΠΥΡΤΑΥΕ ΖΕΥΣ ΕΚΤΕΚΟΝΙΗΘ  
ΕΚΤΑΥ ΔΡΟΚΤΑΣΙΗΘ. ΕΚΘΑΙΜΑΤΟΣ ΕΚΤΕ ΚΥ ΔΔΙΜΩ

Hectora de iaculis de puluere appirer: & de

Cæde uirum abduxit: de sanguine: deq; tumultu. Item alio in uersu.

ΙΣΜΙΡΑΙΤΕ ΜΑΧΑΙΤΕ. ΦΟΝΙ ΤΑΝ ΔΡΑΚΤΑΣΙΑΙΤΕ. idest.

Prælia: cōflictus: cædes: hoīumq; necatur. Nam quū oīa ista utrobīq; multa: & con-  
tinua noīa nihil plus demōstrēt: q̄ præliū. Huius tamen rei uaria facies delectabiliter  
ac decore multis uariisq; rebus depic̄ta est. Neq; non illa quoq; apud eundē poetā una  
in duobus uerbis sententiā cum egregia ratione repetita est. Idæus enim quum inter  
Aiacem & Hectorem decertantes armis intercederet: his ad eos uerbis usus est.

ΜΗΚΕΤΙ ΠΑΙ ΔΕΦΙΛΩ ΠΘΛΕΜΙΖΕΤΕ ΜΗΔΕ ΜΑΧΑΘΩ. idest.

Neu dulces pueri pugnate aut cernite ferro.

In quo uersu nō oportet alteq; uideri uerbū. idem qd' superius significās: supplēdi nu-  
meri causa: extrinsecus aditū: & cōsarcitū. est. n. hoc inane admodū & futile. Sed quū  
in iuuenibus gloriæ studio flagrantibus: puicaciā ferociāq; & cupidinē pugnae leniter  
tamen & placide obiurgaret: atrocitatē rei & culpā pseuerandi bis idem dicendo alio:  
atq; alio uerbo auxit: inculcauitq; duplex eadē cōpellatio ad monitionē facit instatiōrē.  
Ne illa quidem eī uel dem significatiōnis repetitiō ignaua & frigida uideri debet.

ΜΗΘΗΡΕΘ ΔΑΡΑΤΗ ΛΕΜΑΧΩ ΘΑΝΑΤΟΥΤΕ ΜΟΡΟΥΤΕ ΗΡΤΟΥ. idest.

Telemachoq; porci letum: fatumq; profecto.

Condidant: q; bis idē dixerit: ΘΑΝΑΤΟΥ ΚΑΙ ΜΟΡΟΥ. idest letū & fatum. Indignitas enī  
moliendæ tā acerbæ tāq; iniustæ necis: miranda mortis iteratione defleta est. Cæterū  
quis tam obtuso ingenio est quin intelligat ΠΘΛΕΜΙΖΕΤΕ ΚΑΙ ΜΑΧΕΘΩ: idest bellate  
& pugnate: uerba idem duo significatiā non frustra posita esse: ut illa quoq; .

ΒΑΣΚΙΘΙ ΔΟΥΛΕΘΜΕΙΡΕ ΚΑΙ ΒΑΣΚΙΘΙ ΠΙ ΤΕΧΕΙΚ.

Vade. I. somniū agēs: uade & p̄ge iri citata: neq; ΕΚ ΠΑΡΑΛΗΛΩ. i. ex geminatiōe:  
ut qdam putāt: sed hortamentū esse acre iustæ: impatæq; celeritatis. Verba quoq; illa  
M. Ciceronis in. L. Pisonē trigemina: et si duræ auris hoībus nō placēt: nō uenustatē  
modo noīe quæsiuere: sed figurā simulationēq; oris pluribus simul uocibus uerbera-  
uerūt: uultus deniq; inquit totus: q; sermo quidā tacitus mētis est hic i fraudē hoīes im-  
pulsit. hic eos qbus erat ignotus decepit: fefellit: induxit. Quid igitur simile est inquit  
apud eundē in præda & manubiis? Nihil p̄fecto istiusmodi. Nā neq; ornatus sit addi-  
tis manubiis: neq; exaggeratiū modulatiūsq;. Sed aliud oīno præda est: ut in libris re-  
rū uerborūq; ueterū scriptū est: aliud manubiæ. Nam præda dicitur corpora ipsa rerū  
quæ capta sunt. Manubiæ uero appellatæ sunt pecuniā a quaestore ex uēditione præ-  
dæ redacta. utrūq; ergo dixit. M. Tullius cum ulandæ inuidiæ gratia decē uiros ablati-  
ros: p̄secuturosq; & prædā: quæ nōdū esset uenūdata: & pecuniā quæ ex uēditione p̄-  
dæ p̄cepta esset. Itaq; hæc inscriptiō quā uidetis. Ex manubiis: nō res corporaq; ipsa p̄-  
dæ demonstrat. Nihil. n. captū est hoc a Traiano ex hostibus: sed facta esse hæc: cō-  
parataq; ex manubiis. i. ex pecuniā p̄datiā declarat. Manubiæ. n. sūt sicuti iā dixi: nō  
præda:

præda: sed pecunia per quæstorē populi romanī ex præda uēdita contracta. Q d' per quæstorē aut dixi: intelligi nunc oportet p̄fectū arario significari. Nam cura ararii a puæstoribus ad præfectos translata ē: Est tamē nonnullū inuenire ita scripsisse quosdam nō ignobiles scriptores: ut aut temere: aut curiose p̄dam p̄ manubiis: & manubias pro p̄da posuerint: ut tropica quadam figura mutationem uocabuli facerent. Q d' facere concessum est scite id periteq; facientibus. Sed. n. qui proprie atq; signate locuti sunt: sicut in hoc loco. M. Tullius manubias pecuniam dixerunt.

Verba. P. Nigidii quibus dicit in noīe Valeri in casu uocādi: primā syllabā acuen-  
dā esse. Et item alia ex eiusdē uerbis ad rectam scripturā pertinentia. Cap. xxiiii.

Nigidii uerba sunt ex cōmentariis grāmaticis uicesimoquarto hoīs i disci-  
p. plinis doctrinæ oīum præcellentis. Deinde inquit uoculatio q poterit serua-  
ri si nō sciemus in noībus ut Valeri: utq; interrogādi aut uocādi sint. Nā iter-

rogādi secūda syllaba superiore tono ē q̄ prima. Deinde nouissima deīcitur. At in casu  
uocādi summo tono ē prima: deinde gradatim descendūt. Sic qdē. P. Nigidius dicit p̄-  
cipit. Sed si quis nunc Valeriū appellans in casu uocēdi: secūdum id p̄ceptum. Nigi-  
dii acuerit primā: nō aberit qn rideatur. Sūmum at tonū τῶσδ' Ἀίαν. i. uoculationē  
acutā dicit: & quē accentū nos dicimus: uoculationē appellat: & casum interrogandi  
eū dicit: & quē nūc nos genitiuū dicimus. Id quoq; i eodē libro nigidiāo aīaduertim?  
Si huius iqt amici: uel huius magni scribas unū i facito extremū. Sin uero hi magnei  
hi amici casu multitudis recto: tū ante i scribēdū erit e. Atq; idipsū facies i similibus  
Itē si huius terre scribas i lra sit extrema. Si huic terræ pe scribēdū ē. Itē mi q scribit  
i casu iterrogādi: uelut quū dicimus mi studiosus: p̄ i unū scribat nō pe: at quū mei tū  
pe & i scribēdū est: qa dandī casus ē. Hæc nos auctoritate doctissimi hoīs adducti p̄  
pter eos qui hæc quoq; reꝝ scientiā q̄runt: non prætermittenda existimauimus.

Valeri

Vocu-  
latio  
Casus  
interro-  
gandi,

De uersibus quos Virgilius lectatus uidetur Homeri ac Parthemii. Cap. xxv.  
Arthemii poetæ uersus est:

Πλαυκῶ καὶ Νηρεί καὶ Ἐναλίῳ μελικέρτῃ  
Glauco: nereiq; atq; maris genio melicerte

Eum uersum Virgilius æmulatus est. Itaq; fecit duobus uocabulis uenuste immuta-  
tis parē: glauco & panopææ: & inoo melicerte. Sed illi Homérico nō sane rē parem:  
neq; similem fecit. Esse. n. uidetur Homeri simplicior & sincerior. Virgiliū aut uerō ē  
πικρὸτερόσ. i. audacior & iuuenilior: & quodam quasi ferumie immisso fucator. τῶσδ'  
ῥῶν Ἀαλφείῳ τῶσδ' Ἄε τῶσδ' Ἄαων. id est

Taurum at alpheo: neptunno tum quoq; taurum.  
Taurum neptunno: taurum tibi pulcher apollo.

De sentētia Panætii philosophi quā scripsit i libro de officiis secundo: qua hortat:  
ut hoīes ad cauēdas iniurias in omni loco intenti: paratiq; sint. Cap. xxvi.

Egebat Panætii philosophi liber de officiis secūdus: ex tribus illis iclytis libris

i quos. M. Tullius magno cū studio maxioq; opē æmulatus ē. Ibi scriptū ē dū  
multa alia ad bonā frugē ducētia: tū uel maxime qd esse hære q; in aīo debet

Id at est ad hanc ferme snām. Vita inquit hoīum qui atatem in medio rerum agunt  
ac sibi suisq; esse usui uolūt: negocia periculaq; ex iprouiso assidua & ppe quotidiana  
fert: ad ea cauēda atq; declinanda p̄inde esse oportet aīo semp̄ p̄opto: atq; intento: ut

o u

sunt athletarum: qui pancratia uocant. Nam sicuti illi ad certandum uocati: proiectis alte brachiis consistunt: caputque & os suum manibus oppositis quasi uallo praemununt: membraque eorum omnia priusquam pugna mota est: aut ad utendos ictus cauta sunt: aut ad faciendos parata: ita animus atque mens uiri prudentis aduersus uim & petulantias iniuriarum omni in loco: atque in tempore prospiciens: debet esse erecta: ardua: sepra: solide expedita: nunquam conueniens nusquam aciem suam flectens. Consilia cogitationesque contra fortunae uerbera contraque insidias iniquorum: quasi brachia & manus praetendens. Ne qua in re: aduersa & repentina incursio imparatis: improtechtisque nobis oboriatur.

Quod quadrigarius cum multis mortalibus dixit: an quid & quantum differt: si dixisset cum multis hominibus. Cap. xxvii.

Erba sunt Claudii Quadrigarii ex annaliu eius decimotertio concione dimissa  
 u Metellus in capitolium uenit cum multis mortalibus. Inde quum domum proficisceretur: tota ciuitas eum reduxit. Cum is liber: eaque uerba. M. Fronto nobis ei: ac plerisque aliis assidentibus legerentur: & cuidam haud sane uiro indocto: uideretur multis mortalibus pro hominibus multis inepte frigideque in historia: nimisque id poetice dixisse. Tu Fronto illi cui hoc uidebat: An tu inquit aliis homo regis iudicii elegantissimi: mortalibus multis ineptum tibi uideri & frigidum dicis? Nil autem arbitrare causae fuisse: quod uir modestus & puri atque prope quotidiani sermonis mortalibus maluit: quam hominibus dicere? Eandemque creditur futuram fuisse multitudinis demonstrationem: si cum multis hominibus: ac non cum multis mortalibus diceretur? Ego inquit quidem sic existimo: nisi me scriptoris istius omnisque antiquae orationis amor atque ueneratio caeco esse iudicio facit: longe lateque esse amplius plerisque: fusi in significanda totius prope ciuitatis multitudine mortales quam homines dixisse. Namque multorum hominum appellatio intra modicum quoque numerum cohiberi: atque includi potest. Multi autem mortales nescio quo pacto & quodam sensu inenarrabili omne fere genus: quod in ciuitate est: & ordinum & aetatum & sexus comprehendunt. Quod scilicet Quadrigarius ita ut erat res: ingentem atque promiscuam multitudinem uolens ostendere: cum multis mortalibus Metellum in capitolium uenisse dixit *ἐκ πάντων κωτερον*. id est expressius quam si cum multis hominibus dixisset. Ea nos omnia quae Fronto dixit: cum ita ut par erat non approbantes tantum sed admirantes quoque audiremus. Videte tamen inquit ne existimetis semper atque in omni loco mortales multos: pro multis hominibus dicendum. Ne plane ne fiat graecum illud de Varronis satyra prouerbium: *τὸν ἐπὶ τῆ φωνῆ μὴ θύου*: id est in lente fabulam. Hoc iudicium Frontonis etiam in paruis minutisque uocabulis non praetermittendum putauimus: ne nos forte fugeret lateretque subtilior huiuscemodi uerborum consideratio.

Mortales

Non haecenus esse faciem: qua uulgo dicitur.

Cap. xxviii.

Nimaduerrere est plerumque uerborum latinorumque: ex ea significatione in qua nata sunt decessisse: uel in aliam longe: uel in proximam. Eaque decessionem factam esse consuetudine: & insitiam temere dicentium: quae cuiusmodi sint non didicerint. Sicuti quidam faciem esse hominis putant: os tantum & genas & oculos: quod graeci *πρόσωπον*. id est personam dicunt. Quando facies sit forma omnis & modus: & factura quaedam corporis totius: & a faciendo dicta: ut ab aspectu species: & a fingendo figura. Itaque Pacuuius in tragodia quae Niptra inscribitur: faciem dixit hominis pro corporis longitudine.

Aetate inquit integra: feroci ingenio: facie procera uirum.

Non solum autem in hominum corporibus: sed etiam in rebus cuiusque modi aliarum facies dicitur. Nam mentis

Nā mōtis & cæli & maris facies si tēpestiue dicatur probe dicitur. Salustii uerba sunt ex historia secunda. Sardinia in africo mari: facie uestigiū humani in orientē: q̄ in occi- dentē latior prominet. Ecce autē id quoq; in mentē uenit: q; etiā Plautus in penulo: faci- em pro totius corporis colorisq; habitu dixit. Verba Plauti hæc sunt.

Sed earum nutrix: qua sit facie mihi expedi:

Statura non magna corpore aquilo est.

Specie uenusta ore atq; oculis per nigris: formam quidem.

Hercle uerbis depinxit probe. Præterea memini Quadrigarium in undeuicesimo fa- ciem pro futura: totiusq; corporis figura dixisse.

Quid sit in satyra. M. Varronis caninum prandium.

Cap. xxix.

Audabat uēdicabatq; se nuper q̄spiā in libraria sedens: homo inepte gloriosus

Itanq̄ unus esset sub omni cælo iatyrax. M. Varronis enarrator: quas parti cy- nicas: alii manippeas appellāt: & iaciebat inde quædā nō admodū difficilia: ad quæ conicienda aspirare posse neminem dicebat. Tū forte eū ego libꝛe ex iisdē satyris

ferebā: qui ὕδωρ ὀρνυῖν. i. aqua rigens inscriptus est. Propius igitur accessi: & nosti inq̄ magister uerbū illud scilicet uetus. Egregiā musicā: quæ sit abscondita: eam esse nulli

rei. Oro ergo te legas hos uersus pauculos: & puerbi istius: q; in his uerlibus est sen- tētiā dicas mihi. Lege inquit tu mihi potius: quæ nō intelligis ut ea tibi ego enarrem.

Quonā inq̄ pacto legere ego possum quæ nō assequor? Indistincta nāq; hēt: & cōfu- sa quæ legero: & tuā quoq; impediēt in tētionē. Tūc aliis ēt q; ibi aderāt cōpluribus idē

cōprobantibus: desiderātibulq; accipit a me librū ueterē fidei spectata lueulente scri- ptū. Accipit autē incōstātissimo uultu & mœstissimo. Sed qd deinde dicā? Nō audeo

hercle postulare ut id credat mihi. Pueri in ludo rudes: si eum librū accepissent? nō hī magis in legendo deridiculi fuissent. Ita & sniam intercidebat: & uerba corrupte pro-

nūciabat. Reddit igitur mihi librū multis iam ridentibus. Et uidēs inq̄t oculos meos ægros: assiduisq; lucubratiōibus prope iam pditos? Vix ipsos litterarū apices potui cō-

prehendere. Quū ualebo ab oculis reuise ad me: & librū istū tibi totū legā. Recte inq̄ sit oculis magister tuis. Sed in quo illis nihil opus est: id rogo te dicas mihi. Caninum

prandiū in hoc loco quē legisti: qd significat. At ille egregius nebulō: q̄ si difficulti quæ- stione perterritus exurgit statim. Et ambiens nō inq̄t paruam rem quæris. Talia ego

gratis nō doceo. Eius autē loci in quo id puerbiū ē: uerba hæc sunt: nō uidēs apud Mne- scheū scribi: tria genera esse uini: nigrū: albū: mediū. Quod uocāt κίππον γίλυον: nouū

uetus: mediū: & efficere nigrū uirus: albū urinā: mediū τῆς ψυχῆς. i. cōcoctionē. Nouum refrigerare: uetus calefacere: mediū uero esse prandiū caninū. Quid significet prandiū

caninū: rem leuiculā diu & anxie quæsiuimus. Prandiū autē abstemiū: in quo nihil ui- um cāi-

ni potatur caninū dicitur: quoniā canis uino caret. Quū igitur mediū uinum appellat num

set: quod neq; nouū: neq; uetus esset: & plerunq; hoīes ita loquant: ut omne uinū aut nouum esse dicant: aut uetus: nullā uim habere significauit: neq; nouū neq; ueteris: qd

medium esset. Itcirco pro uino non habendum: quia neq; refrigeraret neq; calefaceret refrigerare id dicit: quod græce dicitur ἐναψύχαι.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COM-  
MENTARII LIBER Q VARTIVS DECIMVS.